



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Lauacrum concienzie omnibus sacerdotibus perutile**

**Jacobus <de Gruytrode>**

**[Leipzig], 1495**

Sextum verbum

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30750**

caris et torrens voluptatis. Non utique sensibilem. sed sciebat nostram salutem. ut satueremus viceversa ipsum deum vivum. **H**inc est quod beatus Bernhart. ait. Tantum me dilexisti bone Jesu quod immemor fuisti tui doloris. et non fuisti immemor mee salutis. In cruce enim dixisti. Sitio et non doleo. De cruce taces. et de siti clamas. Oportet utique quod talis sitis sit valde mirabilis atque magna. immo sic est. Ait enim dominus et si non verbis te tamen dicens. Plus enim animarum vestrarum salus quam corporis mei cruciatum me urget. Etiam tam magna est quod in me cessavit pena crucis. Sed in me adhuc durat illa sitis. Nam adhuc quotidie clamo de celis. Sitio. Nec unquam in me extinguetur. quia salutem vestram sitio spiritus et desidero. **U**n valde rusticum est et induratum qui pro diu pro salute sua sitiendi potum negat. potum videlicet gratum actionis potum contemplationis et devotionis. potum emendationis et profectum. Dic ergo in dolore cordis tui. O domine Jesu christe qui nostram salutem sitiens aceto et vino mirrato cum felle mixto potari voluisti. Fac me vinum devotionis cum mirra carnis mortificationis ac felle compunctionis tibi digne offerre. acetum autem infidelitatis et scandali nequaquam bibere et gustare.

## Sextum verbum

**S**extum verbum scribit nobis Lucas dicens. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Quod verbum dixit in extremis dans nobis de hoc seculo migrantes exemplum. Quamvis enim sciret animam suam patri summe esse recomendam. Hoc dixit ad nostram eruditionem. Ex quo enim ipse qui peccatum nullum habebat. et qui nostra crimina tollere venit. patri sic suam animam commendavit. Quam magis nos in quibus princeps mundi huius iniqua multa que ad ipsum pertinent inuenit. manibus omnipotentis dei spiritum nostrum debemus commendare. Ne in eius exitu a dyabolo apprehendatur. **F**ecit autem hec dominus post profectum et totale testamentum suum iterum ad eruditionem nostram. Nam moriens

## Capitulum

11.

Saluator testamentū suū sic dispo suit q̄ sibi de omnibus que habuit nihil retinuit. Primo em̄ tēporalia tamq̄ viliora iā dudum amiserat. Iude traditori. ecclesiam Petro zelatori. corpus suū in sacramento discipulis suis dedit ⁊ discipulos suos deo patri amēdauit. vestes suas militib⁹ dimisit. corp⁹ suum mortale crucifixorib⁹. et matrē suā & ginem discipulo uirgini reliquit. Et post hec oīa deo patri sp̄m suū amēdauit. Ecce forma trāsmigrandi de hoc seculo quam nobis reliquit ⁊ in cruce asfirmavit. Et quo patet si quis sp̄m suū salubriter uult amēdare. debet se prius ab oībus diligēter expedire que sibi fuerint a deo recomēdata. Et sic post christum nudus egrediat̄ semetip̄m spoliās nō solum habitis que secum educere nō potest. S; etiā habendi affectum. et dicat deuota mente. O domine Jesu christe q̄ in cruce moriens animā patri amēdasti. Da mihi i hac uita spūalif sic amōi. quaten⁹ tu in hora mortis mee aiām meā miserā tibi digneris habere recomēdatā. O deus pater fac ut in obitu meo tibi p̄fecte ⁊ libere possim dicere. P̄ i man⁹ tuas amēdo sp̄m meū. Recipe me uenientē ad te qui nūc consti tuisi terminū uīe mee que nō potero preterire.

## Septimum uerbum

Septimum uerbum scribit beatus Johan. Et est illud. Consumatum est. Sic contemplare quō deus nimia caritate nos dilexit. qui nullo indigens omnia p̄ter se fecit. ⁊ oīa homini subiecit. ⁊ post q̄ hō oīa peccādo p̄didit. deus eū perdere noluit. S; legislatorem super eū constituit. ⁊ p̄ p̄phetas diligēter instruit. tandem p̄sonaliter uenit. et carnis nostre uilitatē humiliter induit. Et post exempla p̄fectissime caritatis ⁊ sanctitatis. post uerba scientie salutaris. i. post miracula potētie singularis omnib⁹ benefaciens. pro omnibus mala patiens. ne nos eterna morte moreremur ipse pro nobis mortuus est. et que non rapuit tunc exsoluebat. Deinde contemplare quō